

manici M Sta ab Excellentissimo J Cto, Christia-
no Thomasio Auditorib⁹ suis prælecta, quam ut
ob affinitatem argumenti Hotomanno jungi per-
mitteret, efflagitavi. Sed nec facilem initio assensū
impetrare licebat, quod meditationes basce ex
suā sententiā subitarias, nec satis digestas ulteri-
ori elaboratione, cuius etiam spem aliquam faci-
ebat, indigere affereret; pervicere tamen preces
mea & favoris Sui in me summi obtestatio, cum-
que negotia Ejus concatenata plus hac vice non
permitterent, allegata singulis paginis subjecta
addidit. Ceterum, ne summam contentorum in
quovis Anti Triboniani capite desiderare queas,
excerpta, quæ jam olim in Tomo I. Observati-
onum selectarum ad rem literariam spe-
ctantium, Observatione IX. dedimus, hic
repetere visum est. Fruere hisce, Benevole Le-
ctor, & quantum videbitur, nostris conatibus
porofave. Scrib. Lipsiae VI. Calend. No-
vembr. MDCCIV.

* * *

A Bſolvitur opusculum XIIIX. capiti-
bus, quorum primo autor protestatur,
ſe post studium Theologiæ disciplinam Le-
gum utilissimam, & maxime necessariam ju-
dicare; Romanam quoque Rem publicam
in excolenda hac disciplina fuisse præ aliis
feli-